



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm  
Passionvm, Prauorumque affectuum**

**Fazio, Giulio**

**Köln, 1604**

Praefatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

D. HENRICI  
HARPHII THEO-  
LOGI PROFVNDISSIMI  
ORTHODOXAQVE PIE-  
tate præstantissimi, in libellum  
suum de Mortificatione

P R A E F A T I O



*G*ratia Domini nostri Iesu  
Christi, charitas patris,  
& communicatio sancti  
Spiritus sit cum omnibus  
nobis, Amen. In Christo  
dilecta filia, ut satisfaciat, secundum postu-  
meum, ingenti, humili ac deuoto tuo de-  
siderio, quo multipliciter optasti acci-  
pere à me doctrinam breuem & instru-  
ctionem, quomodo quis peruenire possit  
ad veram perfectam vitam, qua aliquis  
Deo simillimus, & in spiritu vnissimus  
effici possit, scias duo ad hoc principa-  
ter esse necessaria. Vnum est, perfecta  
mortificatio & separatio ab omnib. re-  
bus, quæ possent aliquod impedimentum  
præstare,

prestare, quod minus Deo appropinquare,  
& ipsi uniri possimus. Alterū, quod oportet nos habere notitiā, quomodo acquirere debeamus amorosam permanētem unionem inter Deum & vires animae nostrae. Prosequendo ergo primū, scias quod oportet esse in nobis perfectam mortificationem, praecipuē in duodecim. Primò, mortificationem omnium affectuum erga res temporales. Secundò, omnium affectuum propriae quaesitionis in agendo qualibet opera virtuosa, & in dimittendo mala. Tertiò, omnium affectuum propriae sensualitatis. Quartò, omnium affectuum amoris sensualis, naturalis & acquisiti. Quintò, omnium affectuum erga cogitationes & imagines rerum creatarum. Sextò, omnis cura, quae non est de iusta necessitate, propter spiritualem vilitatem, vel propter obedientiam. Septimò, omnis amaritudinis cordis. Octauò, omnium affectuum vanae gloriae, & propriae complacentiae, honoris mundani & superbiae. Nondò, omnium affectuum,

oblectationum internarum, spiritualium  
 vel sensualium. Decimo, omnis scrupulo-  
 sitatis cordis. Undecimo, omnis inquietu-  
 dinis & impatientia cordis in omni exte-  
 riori aduersitate. Duodecimo, oportet se-  
 ri mortificationem omnis propriae volun-  
 tatis, in totali voluntaria resignatione ad  
 omnem internam derelictionem sufferē-  
 dam propter amorem Dei. Ista sunt duo-  
 decim portae spiritualis paradisi cordis  
 nostri, quod est paradysus deliciarū Dei,  
 quemadmodum ipsemet locutus est: De-  
 liciae meae sunt esse cū filiis homi-  
 nū. Quae portae sicut Ioānes in Apocalyp-  
 ait, constructae sunt & ex singulis mar-  
 garitis virtutū, quibus anima reforme-  
 tur, ita ut inferiores hominis vires  
 non praepe-  
 diant superiores, quin  
 fluere valeant ad Deum  
 & in Deum.

Prou. 8.

Apoc. 12.

THEO.